



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

et Toromachum intelligit.

IDACIVS.

Lege Greg. Turon. de gest. Franc. lib. 2. cap. 7.

vigiliarum tolerantissimus, cui ineunte ætate prædictū liquet, quantę potentię factis destinaretur temporibus suis futuriq; celebrāndus. Hęc supradictus & historiographus de Aëtio narrat. Cum inisset certamen cum Hunis, quę gessit, IDACIVS suę historię huius volumine narrat. Nam his diebus oratione vxoris suę ad limina Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, ieiunijs & vigilijs discurrente, intercedentibus Apostolis Aëtius à periculis liberatur. Reuelatum est cuidam pauperi, nuncianti vxori Aëtij, orationibus fuisse saluatum: quod cum à paupere proditum fuisset, pauper cæcitate percutitur.

Caput 2.  
et Ieron. in vita Hilariionis Francorum meminit quę locum etiam citat Anno in lib. 2. de gest. Franc. c. 10.

Vide Aimoim, lib. 1. cap. 2.

**D**E Francorum vero regibus Beatus et Hieronymus, qui iam olim fuerant, scripsit. quod prius Virgilij Poëtę narrat historia, Priamum primū habuisse regem, cum Troia fraudulenter caperetur; exindeq; fuisse egressos: postea Frigam habuisse: bifaria diuisione partem eorum Macedoniam fuisse aggressam. Alij cum Friga vocati Frigij Asiam peruagantes, ad littora Danubij fluminis & mare Oceanum confedisse. De nouo bifaria diuisione, Europam media ex ipsis pars cum Francione eorum rege ingressam fuisse. Europam peruagantes, cum vxoribus & liberis Renti ripam occupant, nec procul à Reno ciuitatem ad instar Trojæ nomine ædificare conati sunt: cœptum quidem, sed imperfectum opus remansit. Residua eorum pars, quę super littore Danubij remanserat, electo à se Torchet nomine rege, per quem vocati sunt Torchi; & per Francionem alij vocati sunt Franci; multis post temporibus cum duobus externas dominationes semper negantes.

Fran-